



**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio XXV. Cum sagæ plerumq[ue] sint induratæ & maleficio taciturnitatis munitæ, qualis tortura in hoc crimine maioris sirt effectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

per L. vii C. de falso. & l. edictum D. de qua-  
stion. Brun. de indic. & tortur. p. 2. q. 5. nu.  
52. Conrad. in pract. tit. de negat. crim. nu.  
39. in fin. Nouiss. Roman. de test. q. 37. n. 89.  
Sed quia in his certa regula tradi non  
potest, quia res pro personarum, indi-  
ciorum, & aliarum considerationum  
varietate iudici moderanda, ut docu. l.  
5. disquis. sect. 9. vers. tortura modus. ideo  
hoc totum prudentis iudicis arbitrio  
commisum censetur, ut torturam in-  
tendat vel remittat, prout in conscientia  
iudicabit. l. de minore §. tormenta. l.  
questionis D. quæst. Brunus sap. Clarus d. q.  
64. num. 2. Foder. in verbo rei indurati. nu.  
16. Binsfeld. d. concl. 5. Meno. h. de arbit.  
Iud. cem. 3. casu 271 Farina. q. 38. num. 33.  
vbi post num. 34. ponit varios tortura gra-  
dus, qui possum iudicem dirigere. optimum  
puto sequi loci consuetudinem, ut bene  
Chartar. sap. nu. 49.

## QVÆSTIO XXV.

Cum sage plerumq. sint induratae &  
maleficio taciturnitatis munitæ, qua-  
lis tortura in hoc criminе ma-  
ioris sit effectus.

**V**IA propter varia concur-  
rentia temporis, loci perso-  
nae sæpe fit, ut quod in uno  
efficax, in alio irritum in-  
ueniatur: immo quod uno die vehe-  
menter metuendum & intolerandum,  
hoc eidem personæ alio tempore haud  
magni faciendum videatur: vix certi  
quid responderi queat: nisi quod ab  
experiencia iudex in his directionem  
suum debeat mutuari. Scio profuisse, &  
bonum factum iudico, si simul cum  
questione adhibeantur: aliqua reme-  
dia Ecclesiastica, quibus dæmonis vires  
infringi solitæ. Syluest. in l. de Strigim  
admir. commendat præmissam exorcisi-

A zationem, non quod possellas à dæmo-  
ne sagas omnes sentiat: sed quia vel ob-  
sessæ, vel præsentia eius obfirmatæ  
sunt. Utile quoque si torquendi collo  
appendantur sacræ reliquiæ, vel agni  
cerei effigies consecrata: item si aqua  
benedicta in os infundatur, & ea corpus  
aspergatur: & cum utuntur tormento insomniæ, cerei benedicti in-  
stillatio inopinata. Verum haec omnia  
(ut dixi) ab vsu docentur: & cauendum  
ne sacræ hisce remedij superstitiosi ali-  
quid ratione materiae, temporis, aut  
numeri, immisceatur. Plurimum &  
crebro veritati obstat mala iudicium &  
quæsitorum dispositio quoad fidem,  
mores, aut intentionem, hinc enim fit,  
ut adeo multa Deus diabolo permittat,  
quæ contra iudices bene dispositos, nec  
tam crebro nec tam facile foret per-  
missurus.

## QVÆSTIO XXVI.

Quoties possit eleuari reus, & quot  
possunt dari ictus; pro quo-  
libet indicio?

**N**ON potest in his constitu-  
certis modis vel regula: iu-  
dex deberet facere secundum  
arbitrium & conscientiam  
suum: considerata qualitate delicti, per-  
sonæ, & indiciorum, recte Marsil. in pract.  
crim. §. expeditam nume. 85. Clarus d. q. 64  
num. 32. qui nonnulla de istuum nume. Me-  
noch. cas. 271. & alij citati à Giacharo ad  
d. q. 64. versiue. Iudicis arbitrium. Paris de  
Sindica. versiue. tortura cap. 4. nume. 1. Boer.  
dei. 163. numer. 8. & decisi. Lucens. 89. nu-  
mer. 11.

In genere dici potest, regulariter re-  
um ter eleuari & dimitti posse. Caso.  
de torment. cap. 14. & de consuetudine  
Italiæ solere pro singulis indicijs tres

Tunc 3

ictus

ictus dari, scribit Marfil, in pract. §. occurrit column. 2. versic. & potest ponit, sequitur Ioseph. Cum de Sindicat. rub. de tortu. nume. 20. Nouell. falla. 92. numer. 28. mihi hoc durius semper visum. Nam & ipse Marfil. alibi consil. 8. numer. 37. respondit sufficienter tortum, qui habuit sex ictus chordæ, quod est vniuersum pro omnibus indicijs intelligendum: Cravetta vero tres ictus satis esse censuit. consil. 287. numer. 6. nempe non pro singulis indicijs, sed omnibus ante habitis & toto continuo tempore, quo reus in una quæstione manet suspensus Grillæd. tract. de questio. §. 4. vide idem numer. 9. Clarus lib. 5. §. fin. d. quest. 64. numer. 33. Farinac. lib. 1. titul. 5. quest. 38. numero 47. & 54.

## QUÆSTIO XXVII.

*Quamdiu reus posset teneri in chorda eleuatus ordinarie?*

**T**ATUTVM est quadam bulla Pauli III. Pontificis sapientissimi, non teneri usq; ad spaciū horæ, in bullario 1. fol. 471. Si enim bullæ verba perpendas, prohibet reum in tortura teneri per longum temporis spaciū, veluti vnius aut plurium horarum. q. d. tale esse non modo plurium, sed vnius quoque integræ horæ. nisi legendum, vnius & plurium ut summum permittat ad vnam horam, & sic videntur intelligere DD. qui in atrocissimis permitunt vnam horam aut paulo amplius. Foller. in verb. rei indurat. nu. 16. fol. 289. Flaminius Cartar. in pract. de interrogat. reor. lib. 4. ca. 1. num. 113. Farin. q. 38. num. 54. Grilland. sup. num. 9. ego quoq; d. li. 5. sect. 9. versi tortura modus.

## DISQVISITIONVM MAGICARVM

## QUÆSTIO XXVIII.

*Quid in utroq; ad summū fieri possit.*



VAESTIO procedit denuo  
mero ictuum, elevationum,  
& quantitate temporis.

In primis Deo ante oculos  
posito, & moderamine tali exhibito, ut  
præceps & effrenata vitetur saevitia. l.  
de minore §. tormenta D. de quest. I. nihil. C.  
eodem, debet iudex potius amplecti,  
quo ad res patietur, benignitatem quam  
atrocitatem, Aymon. consil. 287. Bertazz.  
consil. 315. num. 3. & videre ut reus tortus  
saluus sit innocentia vel supplicio. l.  
questiois modum D. de quest. vii Bart.  
Alber. & Marf. & Gandin. in tit. de quest. n.  
& 10.

Deinde Patauini DD. centent ad  
summum tribus diebus interpolatis, si  
sint indicia vrgentia, reum torqueri  
posse, & pro qualibet vice ter eleuari  
cum tribus quaßlationibus, & ita fieri  
sub domino Sereniss. reip. Veneræ, &  
consultisse Paulum de Castro con. 199. vīsa  
inquisitione num. 5. lib. 2. & sequi Blanc. de  
iudic. num. 14. Cason. d. cap. 14. Mars. No-  
uell. & Clar. sup. Ciril. de quest. §. II. num.  
5. Bonacofi. commun. opin. crimin. p. vers. tor-  
quendus debet habere, quam attestantur de  
commun. Italia. praxi. Ulterius si cri-  
minis grauitas exigat, & satis robustus  
sit reus, posse reo eleuato & ad tempus  
luspenso facere quaßari funem, qui  
modus torquendi censetur vehemen-  
tior, quam per elevationem cum di-  
missione & ictibus. Bursat. post Gerer.  
& alios consil. 201. n. 9. li. 2. Quando cum  
ictib. releuatur & dimittitur, ad sum-  
mum quatuor ictus, & ultimo pon-  
derum grauiorum ad pedes appensi-  
nem permittunt Friburgens. citantes  
Grilland. sup. Foller. sup. num. 16. & Farin.  
d. locon. 49. & 54.

QVÆ